



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

15. Deum futurum acceptorem personarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

Expressa est ista criminatio Massiliensium verbis, hoc ipsum ex Augustini predestinatione sequi, invidiosissime conclamantium. Objectionis enim Gallorum nona erat: Quod non pro totius mundi redemptione Salvator sit crucifixus. Et prima Vincentiana: Quod Dominus noster Iesus Christus non pro omnium hominum salute & redemptione sit passus. Imitatus est eam infelicitate, adversus quorundam predestinationem ad vitam, invidiosissime premit.

Deus lib. 1. cap. 16.

NOTA XV.

Deum futurum acceptorem personarum.

Accedit, quod, Gregorio de Valentia iudice, Deus esset acceptor personarum, si non nisi certos absque operum provisione ad vitam predestinasset: *in hominibus*, inquit, *ut à Deo predestinentur, non requiruntur pia cooperatio, que à Deo tanquam effectus unius predestinationis fuerit præstita; Deus, quod absit, esset ali quo modo acceptor personarum, quod non omnes predestinet.* Et mox addit quod illud beneficium omnibus ex iustitia propter merita Christi deberetur.

Deus statim sit. pro. 97.

Hæc, fateor, querela non est à Massiliensibus profecta, quod sciam; sed Pelagianis propria fuit, & non semel adversus Augustinum vibrata. Sed Massilienses tanquam peccati originalis, atque universalis damnationis inde consecutæ consilij, probè noverant liberationem à damnatione nemini proflus esse debitam: sed esse maximè gratiæ misericordiæ beneficium. Prout autem executioni per dona gratiæ mandatur, etiam sic respectu liberandi aut liberati esse proflus gratuitam, nec alios Christi meritis deberi, quam quos Pater ei salvandos dedit, pro quibus etiam salvandis, non pro mundo rogavit, & pretium redemptionis obtulit. Vnde puduit ipsos falsam & putidam Pelagianorum vocem ab inferis revocare: quò magis profectò mirum est, virum Catholicum, quem fides imbuerat; omnes ex uno in condemnationem lapsos esse; nec nisi gratiæ gratià inde liberari; in hac re personarum acceptionem, & injustitiam Dei adversus Christum fomitare potuisse.

NOTA XVI.

Peccata reproborum Christianorum in Deum redire.

Sed adhuc magis immania proferunt securitæ contra iustitiam Dei: nempe peccata reproborum Christianorum quibus à iustitia cadunt, & extra felicissimum predestinatorum numerum ruunt, in Deum recitura: cò quòd ipse, infidias hominum salutem struendo, curaturus sit ne vel lapsi redeant, vel in stultes cadant; ne aliquin decreta predestinationis immobilitas & certitudo violetur. Itaque Gregorius de Valentia ex illo predestinationis modo infert: Deum reddere quantum ex se est, impossibilem salutem quibus hominibus quos non

Dispositio 9. 23 de predest. puncto 4. Coroll. 5.

A predestinat. Disertius exequitur querelam illam obsoletam Lessius: Sicut ad providentiam Dei desinit, ut salvetur numerus sic electorum: sic ad eandem pertinere videtur, ut alijs qui ab illa electione sunt exclusi, non fiant salvi: quia aliquin passer fieri ut aliquis ex istis in numerum illi inierat, quòd est absurdum. Quare cum ex tam immensa multitudine nemo salvetur, signum est, id aliquis particularis providentia provisionem. Et inferius exprimit veluti ratione nixas impiorum voces: Ipse nos implavit, ipse nostra salutem insidiatus est; ipse eam nobis impossibilem reddidit; aliquin qui fieret, us ex tam immensa multitudine nemo salvus fieret? Et alijs in locis aliquoties repetit, quòd in isto predestinandi modo, qui sit ante prævisa merita, ad providentiam Dei pertinet curare, ne non electus in numerum illum intret; & impedire, ne salvetur. In quibus imaginationibus iste auctor tantopere sibi placet, ut quæ ante oculos sunt, non videat; non esse videlicet opus, ut quemquam Deus impediat, quemquam impelat, quemquam deturberet iustitia, quemquam arceat, ne præparet in numerum electorum, ut ipse loquitur: sed opus esse, ut ipse potenti gratiæ mortuum luceret, infirmum roboraret, iustitiam teneat, diabolum comprimat, & opitulatricem manuum diu noctæque adhibeat: aliquin, veluti dux in præceptis, mox suoapte propriæ infirmitatis pondere deorsum in peccata ruiturus est. Sed istiusmodi chimericæ phantasiæ ex ista congruarum & incongruarum gratiarum assidua dispersione cogitandi libertate fabricatæ, proficiscuntur.

168. 569. 60

Less. Sect. 5. n. 62. & n. 58. & 59. & n. 51.

Sect. 5. m. 53.

In quibus profectò comminiscendis Massilienses ante te architectos isti recentiores habuerunt. Nam & illi apud Augustinum querantur, ex eius predestinatione sequi, quòd qui obedirent, si predestinatis essent reijcendi, subirentur obediendi vites, ut obedire cessarent. Quod & Galli apud Prosperum repetunt: Quod quibusdam vocatis, & pidi insequere videntibus, obediendi subrabatur, ut obedire desistant. Nonne est ipsissimum illud, quòd Lessius dixit, infidias pretium ipsorum salutem? Et quòd Vincentius apud eundem Prosperum clamat: Quod hæc sit voluntas Dei, ut magna pars Christianorum salva esse nec velit, nec possit; nonne id ipsum est, quòd dixit Lessius, Deum impedire ne salventur, providere ne salvi fiant, reddere salutem impossibilem? Et quòd in alia objectione dicitur: Quod velit Deus, ut magna pars sanctorum à sanctitatis proposito ruat; quòd velit, ut magna pars Catholicorum à fide apostaret; nonne est illud, quòd Lessius intulit; dici posse Deo: Ipse nos implanavit? Ita nihil penè tam absurdum à Massiliensibus excogitatum est, quòd non vel imprudentes, vel etiam prudentes isti sibi vendicarent.

Apud Aug. lib. de dom. persv. c. 15. Obiect. 12. Gall.

Obiectio 7. Vincent. apud Pros.

Obiect. 8. c. 9. lib.

NOTA XVII.

Homines condit, ut pereant.

Nam etiam illud sequi arbitrantur, quòd Deus homines condat, ut pereant. Sic enim Lessius: Adde in hac sententia dissimile esse

